



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

Titvli Canonvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

40 SEXTVS CONCILIVM THEODOSIVS & VALENTINIANVS IMP.

contradiceret, ideo quod distinctio & diuisio diœcesium auctoritate apostolica semel ordinata, Nicæni aliorumque Conciliorum Canonibus confirmata esset, congregata hanc ob causam Synodo, post diligentem causæ discussionem, patres vnanimi consensu definiierunt, ut quæ in Nicæno aliisque Conciliis hac de re olim constituta fuissent, rata ac firma manerent. Pro iuribus Antiochenæ ecclesiæ Theodoretus Cyri episcopus acerrimus defensor insurrexit. Vnde factum, quod (sicut ipse testatur) Dioscorus ex hoc tempore cum graui & diuturno odio prosecutus fuerit. Hæc ex epistola 86. Theodoreti. Baronius anno 439. num. 42. & 43.

Acta Con-  
cilii.

ANNO  
CHRISTI  
439.

CONCILIVM REGENSE,

Cum Ebreduni a duobus contra Canones ordinatus es-  
set episcopus, sub die III. Kalendas Decembris celebra-  
tum, Theodosio Augusto XVII. & Festo viris clarissi-  
mis consulibus, \* anno Christi CCCC XXXIX. Valen-  
tiniani III. Augusti decimoquinto, Sixti III. papæ  
octauo.

\* In edi-  
tione Bini  
legitur,  
Æra 472.

TITVL CANONVM.

- I. *Vt duo, qui soli ordinationem  
presumperant, ab omnibus dein-  
ceps ordinationibus & Concilii  
abstineant.*
- II. *Vt Ebreduni, remoto eo qui  
perperam fuerat assumptus, alia  
fuerat ordinatus, pena remissa,  
chorepiscopi nomen certis literis  
indultum.*
- III. *Armentario, qui perperam  
fuerat ordinatus, pena remissa,  
chorepiscopi nomen certis legibus*  
*IV. De clericis, qui ab Armenta-*
- v. *riotemere prouecti dicebantur.  
Quod presbyteris liceat priua-  
tim benedictionem desideranti-  
bus impertiri.*
- VI. *Vt defuncto episcopo, ecclesia  
illius curam vicinus gerat epi-  
scopus.*
- VII. *Ne quis ad ordinationem ve-  
niat, nisi metropolitani literis  
inuitatus.*
- VIII. *Vt singulis annis bini fiant  
Conuentus.*

PRÆFATIO.

**C**VM in voluntate Domini apud Regensem ecclesiæ conuenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem ecclesiæ habitæ remedium quereretur, qua sacris ecclesiæ Canonibus, ac reuerendis patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium episcoporum præsentia, absque comprouincialium literis, sine metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem  
a duo-